

The *Liber Pharetrae* Project

Liber 3: De periculosis Caput 49: De iudicio (10)

Hieronymus, in originali *super Joelem*:

Maerorem diei iudicii, et tormenta
pereuntium, ne Sol quidem et Luna,
astraque caetera poterunt intueri, sed retrahent
fulgorem suum, et severitatem iudicantis,
reddentis unicuique secundum opus suum, in
caput suum aspicere non adebunt:
non quo clementiora sunt Dei iudicia,
sed quo omnis creatura, in tormentis aliorum,
de suo iudicio pertimescat.

Cuius maerorem diei et tormenta
pereuntium, ne sol quidem et luna
astraque caetera poterunt intueri, sed retrahent
fulgorem suum, et seueritatem iudicantis
reddentisque uniuscuiusque opus in
caput suum, aspicere non adebunt.
Non quod clementiora sint quam Dei iudicia,
sed quod omnis creatura in tormentis aliorum
de suo iudicio pertimescat.

Hieronymus Stridonensis, *Commentarii in prophetas minores, In Ioelem*, 3.14-15 (CCSL 76, M. Adriaen ed., p.205, ll.277-283).